



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118340**

§. 61. Ferdinandi perfugium ad Papam, Venetos, & Reges Catholicos.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](#)

**Sæcul. XV.** concedi posse ; dato hoc responso nil a.  
**A.C. 1493.** liud agebant, quam ut negotia Scotiam  
 decernentia deciderent, postmodum ve-  
 ro Neapolitani Regis Oratoribus haud  
 dissimulanter declarabant, Gallos omne  
 deinceps cum Ferdinando foedus recu-  
 saturos ; ut autem his verbis majus fir-  
 mitatis pondus adducerent, Legatis ar-  
 morum apparatus pro futuro bello ex-  
 hibebant.

### §. LXI.

*Ferdinandi persugium ad Papam,  
 Venetos, & Reges Ca-  
 tholicos.*

**N**eapolis Rex Gallici Senatus senten-  
 tiam edoctus, Pontificis opem im-  
 plorabat, pollicitus, quod Godefrido Bor-  
 giæ ejus filio Calabriæ Ducis filiam no-  
 tham nuptui dare, simulque dotis nomi-  
 ne adjicere velit Scyllacenum Principa-  
 tum, ac decem millium Ducatorum pro-  
 ventus unacum armatorum centuria suis  
 impensis alenda. Alexander oblatam  
 quidem affinitatem æque ac Principatum  
 gratum habebat, propositum tamen foedus  
 inire recusabat, vicissim Ferdinando quod-  
 cunque obsequiorum genus offerens,  
 dummodo armorum societas silentio pre-  
 meretur. Neapolis Rex hoc Pontificis  
 responso parum contentus, ad Veneto-

rum

rum Senatum, Regesque Catholicos con- Sæcul. XV.  
fugit, verum expectatione sua remissio- A. C. 1493.  
ra quoque expertus est horum studia,  
adeo, ut ultimo ad Ludovicum Sforiam  
se convertere decerneret, eidem gravi-  
bus admodum verbis exponens innume-  
ra mala, in quæ totam Italiam, ac se-  
metipsum præcipitem ageret, eoquod is  
omnium primus hisce calamitatibus ex-  
poneretur, quiete vero Neapolitanorum  
opera, si eis adhærere vellet, Mediola-  
nensis Ducatum possidere posset.

§, LXII.

*Caroli Legatio ad Papam, Venetos,  
& Florentinos.*

Nec minus anxie Carolus Galliarum  
Rex armorum socios in Italia con- Comm. l. 2.  
quirebat; hanc in rem legatum decerne- c. 4.  
bat ad Venetos Perronium de Baschina-  
tione Italum, qui olim in Neapolitano, &  
Calabrensi negotiis Joanni Andegaven-  
si Calabriæ Duci valde utilem impendit  
operam. Huic datum est negotium, ut  
primo Venetos adiret, postea Papam ac  
Florentinorum Rempublicam sollicitaret,  
nihilque intentatum relinquaret, ut om-  
nes hi tres Principes pro Neapolitano  
bello auxiliis suis Regi suffragarentur.

§. LXIII.